Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Publii Terentii Comoediae sex


Terentius Afer, Publius



Francofordiae ad Oderam, 1606


Actvs II. Scena III.


urn:nbn:de:bsz:31-139622

Visual Library

In per, eliditur e.

Per oppreſsionem vt hanc mihi eripere poſtulete?
Sy. Labaſcit: vnum hoc habeo: vide ſi ſatis placet,
Potius quàm venias in periculum Sannio,
Seruéſne, an perdas totum, diuiduum face.
Minas decem corradet alicunde. Sa. hei mihi,
Etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer.
Pudet nihil: omneis dentes labefecit mihi:
Præterea colaphis tuber eſt totum caput.
Etiam inſuper defraudet? nuſquã abeo. Sy. vt lubet
Nunquid vis, quin abeam? Sa. imò hercle hoc quæſo
Syre,
Vt vt hæc ſunt, potius quàm lites ſequar,
Meum mihi reddat, ſaltem quanti empta Syre.
Scio te non vſum antehac amicitia mea:
Memorem me dices eſſe & gratum. Sy. ſedulò
Faciam. ſed Cteſiphonem video. lætus eſt
De amica. Sa. quid, quod te oro? Sy. pauliſper mane.

ACTVS II. SCENA III.

Iambici quadrati acatalectici.

CTESIPHO, SYRVS.

Cteſipho laudat fratrem, vt apparet Æſchinum bona & liberali natura prædicâeſſe

ABs quiuis homine, cum opus eſt beneficium accipere gaudeas:
Verùm enimuero id demum iuuat, ſi, quem æquom eſt benefacere, is facit.
O frater frater, quid ego te nunc laudem? ſatis certò ſcio:

Nun-

Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id virtus quin ſuperet tua:

Itaq; vnam hanc rem me habëre præter alios præcipuam arbitror,

Fratrem, hominem neminem eſſe primarum artiũ magis pincipem.

Sy. O Cteſipho. Ct. ô Syre. Æſchinus vbi eſt? Sy. ellum te expectat domi. Ct. hem.

Sy. Quid eſt? Ct. quid ſit? illius opera Syre nunc viuo: feſtiuum caput.

Qui omnia ſibi poſtputarit eſſe præ meo cōmodo:

Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in ſe tranſtulit. — Alias, laborem.

Nihil pote ſupra, ſed quinam fores crepuit? Sy. mane, mane, ipſus exit foras. — Alias, quidnam.

ACTVS II. SCENA IIII.

Iamb. quad. acatalectici.

ÆSCHINVS, ANNIO, CTESIPHO, SYRVS.

VBi eſt ille ſacrilegus? Sa. men' quærit? num quiduam affert? occidi:

Nihil video. Æ. ehem, oportunè teipſum quærito: quid ſit Cteſipho?

In tuto eſt omnis res: omitte verò triſtitiam tuam.

Ct. Ego illam hercle verò omitto, qui quidem te habeam fratrem ô mi Æſchine.

O mi germane, ah vereor coram in os te laudare amplius,

Ne